


Wiener Stadt-Bibliothek

15024

A



2361
K

NUPTIÆ

Cum

BENEDICTIONE

REPETITÆ,

Sive

GUALTERUS ET GRIFELDIS,
SECUNDO CONNUBIO JUNCTI.

HONORI,

MAGNIFICI ET EXCELLENTISSIMI DOMINI

WOLFGANGI
PLOCKNER,

Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Illustrissimorum In-
ferioris Austriæ Statuum Proto-Medici, &c.

Ac ejus Lettissimæ Consortis

PRÆNOBILIS, ET GENEROSÆ DOMINÆ

SUSANNÆ URSULÆ,
NATÆ PROJERIANÆ,

Dum

Anno initi sui Matrimonii Jubilæo

In Basilica Divi Stephani

PER

CELISSIMUM ET ILLUSTRISSIMUM

Sacri Romani Imperii Principem & Episcopum Viennensem,

DOMINUM, DOMINUM

ERNESTUM COMITEM de TRAUTSOHN,
(cum pleno tit.) in confertissima filiorum & Nepotum Corona rarâ
felicitate secundo Connubio jungerentur.

Ab eorundem liberis dicata, à nepotibus exhibita.

Musices Compositore, D. Bernardo Staut, Domûs Prof. Capellæ Magist. 15. Sept. An. 1692.

Vienna Austria, typis Leopoldi Voigt, Universitatis Typographi.






ARGUMENTUM.

Gualterus Pedemontij Marchio Grifeldem ex stirpe & fortunis imparem sibi connubio junxerat, utq; charæ adeò sibi Conjugi fidem periclitaretur, susceptam ex ea geminam sobolem, masculam unam, foemellam alteram tanquàm paternæ hæreditatis incapaces ad cognatam suam Comiti Panicio nuptam dimisit. Sparsâ subinde famâ utramque Prolem vitâ sublatam, Ipsumq; Gualterum moliri divortium: Utq; magis involve-ret amoris fabulam majori gaudio evolven-dam, ipse Marchio Romam se sollicitasse fin-git, obtentamq; à summo vicario novæ Con-jugis ducendæ Copiam coram Palatinis Gri-feldi

feldi exponit, cumq; illa jam in via sit, hanc sua repetere jubet. Paruit Grifeldis, cunctisq; illacrymantibus, sola suam eodem vultu Caulam repetijt, quo ante aulam petierat. Paucos tamen dies paternum mapale tenuit. Vix enim rumor nunciat Panicij Comitibus nova cum Sponfa adventum, Grifeldis à Gualtero revocatur, ad curam tamen & vilissima Domûs obsequia (ut amplior vulnerum materies amplius Fidem probaret) novæ nuptæ præstanda. Præstitit illa, advenientemq; detrito habitu, qui ancillarum esse solet, de genu dominam salutat : sed non potuit jam ultrò larvam ferre Amor : ô mea! Exclamat Gualterus fatis tentata es, monstratisq; liberis, quorum illa Sponsæ, hic Cognati partes egerat, hi tui sunt inquit, filius hic, illa filia : renovatoq; fidei Sacramento majores primis secundas Nuptias, plausus, gaudiumq; excepere. Ita Petrarca pag. 607. de fide uxoria. Cætera Poësis addidit.

PRO-



PROLOGUS.

Duo Amores.

ONos amantes! mutuo
Amore nos beantes!
Ut cum ulmo sociatur
Vitis amplius lætatur,
Sic dum te
Et tu me

Am. 1mus.

Am. 2dus.

Fide sociali beas,
Novam vitam chara Creas.
Nardo junctæ & formosæ
In Coronam eunt rosæ,
Sic dum te
Et tu me

Hymeneus.

Fide sociali stringis,
Æviternitatem pingis.
O Nos amantes! mutuo
Amore nos beantes!
Quis hic ludus otiantum,
An amantum?

Aria.

Segnes horæ se fallunt sine labore
Non sic erunt otiantes.

Am. 1.

Blandâ pace se beantes,
Quid amare sit in duris
Discit Fides primo curis,
Quid hic segnes delicias
Ignavus trahit animus?
Amoris nostri primitias
Dulci quiete pascimus.

Hymenaeus.

Amoris vestri primitias
Num hæc pascunt gaudia?
Nescit amoris versutias
Quem non probant tristia.

Ite ite furores
Blandam scenam vertite,
Ite ite labores
è vireto expellite,
Quid amare sit, dolores
Vos docebunt, & angores:

Ite ite furores
Blandam scenam vertite,
Ite ite labores
è vireto expellite.

Heu nos amantes
Patriâ sede exulantes!

Quis nostra turbat Regna Clamor?
Parce, est Conjugalis amor.

Vireto ejectus,
Furori objectus,
Sinè Crimine vitæ
Nisi fortè quid mite
Amoris jugum subjerit.

Sinè crimine vitæ
Si jugum imite
Amoris subijsti?

Prò scelus!

Adesto adesto

Jugum tibi si tam charum

Et mite fit

Nec aratrum hoc amarum

Et grave fit.

O nos amantes

Duro labore hic arantes?

Gravis quidem hæc ruina!

Duo amores.

*Triptolemus.
Amor I.*

Triptolemus.

Amores.

Amor. I.

Sed finè spina

Nec rosæ sunt,

Sic amantes in amore

Sine dolore

Non abeunt.

Amor 2.

Aurum vorax ignis docet,

Et quod nocet

Dat pretium.

Furor & labor verorum

Sunt amorum

Indicium.

Pomona.

Furor quis hic amantes exercet?

Amor 1.

O faventes adverte diva vultus!

Amor. 2.

En quanto dolore

Nos furor compungat,

An vero amore

Nos fides conjungat?

Flora.

Triptolome, si quæ pietas Deo

Ah solve non reos

Quos jugo furor mancipat.

Triptole-

Non furor, sed amor hos mancipavit,

mus.

Qui vix verus, si severus

Labor non exerceat.

Flora.

Ite ite redite amantes

In pristinos viros,

Dignòsque fide flores

In Coronam nectite.

Pomona.

Ite fidi, sedete amantes,

Et fide sociali

Sub lauro conjugali

Æternùm vivite &c.

Chorus.

Ite fidi &c.

Finis Prologi.



ACTUS I.

SCENA I.

*Gualterus Grifelden Uxorem suam aulâ
thoroquè fictè exesse jubet.*

*Gualt.
Sedet in
throno.*

PROCERES amati ! tuquè genialis tori
Lucina præses, vósque qui pridem meum
In nuptiales pectus afflâstis faces
Dij conjugales, parcite ! in facinus novum
Anhelat animus ; nostis elapsos dies
Queis conjugali foedere Uxori meæ
Intaminatâ lege servavi fidem :
Satis est amatum. Liccat in novum novas
Scopum sagittas jacere : quæreréque nova
Antiquo amori Contra. Grifeldi meæ
Quæ sunt tributa, reddidi. Facta est meo
Favore sponsa, discat arbitrio meo
Quod fuerat, esse vidua : mihi satis puto
Amâsse, si quod, quantum, & ubi placeat amo.
Nunquid Selinde ? *Selindus*, justa meditato refers
Serene Princeps, vera si promam sinu,
Libera voluntas Principis nullo decet
Fræno teneri, coeteris major, parem
Vitæ Recusat regulam ; Lex & timor
Suos gubernet subditos, regem regat
Libera voluntas. Principi huc vitæ suæ

Redigendus Uſus, ut liceat id quod libet;
Nec ulla timeat ſceptra; quod placet, hoc agat.

Hyſindus.

Et hic eſt amantiſ geniuſ, hic amandi moduſ,
Quæ rara chara; diſpicient, ſiquæ placent
Quotidiana; quod novum eſt, animo novuſ
Generat amoreſ, Nauſeat veteres cibos
Novaque ſemper ſtomachuſ affectat dapeſ.
Idem eſt amori. Dulce, ſi tamen nimis
Sapit frequenter, diſſipit. Nunquam ſatur
Cordiſ libido, ſemper exoptat novo
Saturare vota pabulo. *Gualt.* Audiſi ſatiſ.
Quod mente ſtatui, voce concluſum volo.
Abite, thalami forte ſpoliatam foras
Siftite, ſupremos exuli affatuſ dabo.

Aula abit.

Secum Soluſ.

Surgit ex
throno.

Difficile fateor in eo Certamen: truci
Gladiamur ambo prælio. Fictuſ quidem
Spiro furoreſ; ſed quid interea mea
Grifeldiſ? omniſ inſcيا, & expereſ doli?
Quæ non doloriſ ſigna? quos ſictuſ dabit?
Per quod relicta ſola moeſtitia mare
Fluctibuſ hiantem profuga traducet ratim?
Simulanda tamen eſt, ſi qua luſtifica fuit
Cataſta Coepta. Præſtat aut totum ſemel
Finire, vel nil velle, nî factum veliſ.
Veniat, eodem cuncta conſpectu feram.
Grifeldiſ. Gualtere ſuave nomen, & trahax mei
Magnes amoris. *Gualt.* Molle Molle mihi nimum ſonax;
Aliud in animo geſto, tu parum mea
Mihicorda poſthac attrahes, novæ meoſ
Ignes adurunt flammula. *Grifeld:* bene ſit tibi

Quatuor
Ephibi
portant in
pulvinari
ante Gri-
feldem
domuſ

A 3

Quas

in signa, lii.
la unum
post alte-
rum d'fert
ad seden-
tem Gual-
terum.

Quas me decebat hactenus, summas fero
Conjux amate gratias. *Gualt.* Invisa strix!

Recede. Conjux ante, nunc satis puta

Me tibi vocari Principem: sponsi sibi
Nomen reservat alia. *Grif.* Quod igitur fui
Si sic volebas, exuo. Vestes tuo

Pretio coruscas reddo, non aliam nigrâ,
Ut ferre viduæ convenit, posthac feram.

Gualt.

Benè est, recepto, pulchrior ab isto nova
Fulgebit habitu sponsa. Quod tuum est cape
Viduale peplum, *Grif.* Exoscutor munus, tui
Supremam amoris syngrapham, & constans mei
Signum doloris. Coetera ex dono tuo
Commisâ rursus recipe; præ cunctis domûs
Consigno claves. Domina famulantum prius
Modò vocabor famula, *Gualt.* quod pridem jam eras,

Rursus manebis. *Grif.* sceptrâ quæ manu meâ
Consors mariti vixi, & Augustum decus
Pono Coronæ, *Gualt.* melior ac olim tuum
Socium futuræ conjugii umbrabit caput.

Grif.

Florida pudoris ferta quæ virgo tuo
Litavi amoris, rursus appendo tuo
Quo sum ligata lectulo, qualis fui
Talis manebo, nullus æternùm meam
Dies, per astra juro, violabit fidem.

Unum rogare patere, quas proles tuli
Amata thalami pignora, paternæ tuæ
Commisâ fidei suscipe. *Gualt.* paternæ meæ
Commisâ fidei tuear? an quærere licet

Quo nata sanguine? *Grif.* juro quod meo & tuo.
Gualt. tuo, haud negabo, sed quod ex nostro simul
Nescio, quis audet fœminæ credere? *Grif.* DEUS!
Quid ad hæc reponam! sileo, si tibi, non tamen

Cor intuenti Numini amissi fidem.

Gual. Quid me loquelis detines? sat jam tua
Placuere verba, Perge. *Grif.* sed quorsum putas
Erit abeundum? *Gualt.* quo placet, Monacham induc.

Grif. Sit ergo, pareo; semper in nutus tuos
Intenta, praesens pariter imperium sequar.

Proceres valete, vestra quæ tantâ mihi
Fidelitate merita tribuistis, pari
Cælum rependat scœnore; â Profuga, sibi
Quod restat unum, triste suscipite vale.

Frater Gualt. Imus. Serene Princeps, pauca si seruo licet

Peto profari, conjugem patere tuo
Favore pristino frui, fratrem grava,
En non recusât vinculis. *Qualt.* nolo, scelus
Quæ fecit, hæc iustas luat pœnas, salus

Speranda nulla. *Frater 1.* Principem quisnam furor

Accendit hodie? Cernis ut flexu genu
Supplex, tremensque gratiam frater rogat,

Statuta revoca, parce Grifeldi, favor
Amorque modicus si fibras tangit. *Gualt.* volo

Excedat aulâ, redeat in patrios lares.

Frater 3. O vis potens furoris! Ah veniam tuis

Concede servis: Principem imitari decet

Cœli Monarcham, facilis in veniam preces

Is audit, animum supplicum quando videt.

Tace, per astra Juro me ultorem scies.

Tu vero Dux Gualtere, quod semper precor


Semper precabor, vive diuturnos bonæ

Annos senectæ: *Gualt.* Vivo, tu æternum vale.

Sit ergo, cum sinè me valere vis, vale.

Agite, supremo honore comitatum date.

Gualt.





SCENA II.

Ortellus Frater Grifeldis Irâ percitus vindictam meditatatur.

Ortellus Solus.

HOc est amare? conjugii hoc fidem suam
Servare? dire leno! crudelis latro?
Quâ fronte tantum facinus in nostram potes
Agere sororem? Scilicet amoris tuo
Placebat alia? Siccine? Omne quod libet!
Putas licere? Nulla dominantis times
Fulmina Tonantis? Nulla te lex vel pudor?
Superivè factis abstinet Cœli timor?
Et ad hæc siletis astra? Nec vestras polo,
Ultrice sceleris fulmine excutitis faces?
Sta sol? Et atræ deprimant noctes diem,
Vel si jubeatis vertat in rabiem meum
Megera pectus, tigride immanis magis
Per mille plagas dirutum letho dabo.
I mucro, sterne funeri ambito viam.
Sed revoco mentem, Cœcus est iræ Deus,
Factique serò poenitet præceps furor.
Moderata durant; Qui simulat etiam nocet.
Quo testata plus sunt odia, tanto plus solent
Tuta esse, & apta veniet, haud dubita, tua
Te vindicantis hora. Quod hodie negat
Sol non negabit crastinus. Nunquam deest
Tempus scelesto. Differo, haud aufero scelus.

SCENA III.

Grifeldis domum pergit, non agnoscitur à Parente.

Grif.
Currit post
illam par-
vulus
Amorillus
Paratur sca
belli pro
Grifelde.

O Fata dira! nuper & domi & foris
Per mille regni capita famulantem mihi
Traxi coronam, mille mandati mei
Habui sequaces, æmulâ quivis manu
Centuplicata muneri obsequia dabat,
Nunc pergo sola, nullus afflictæ latus
Stipat fatelles, quævè mali gnaræ vias
Ancilla monstret nulla. Vado, quo pedem
Figam, refigam nescio, ô utinam ducem
Cæli benigni quemquam in occursum darent!

Grif.

Audior, amici! *Mus. 1.* Jussa quid mandant tua?
O si qua pietas tangit, aut vestras potest
Tangere medullas, agite, & erranti ducem
Vicinæ ad Urbis mœnia ostendite viam,
Quâ parte flectam nescio. *Mus. 2.* incassum rogas,
Dilecta nimium propera præcipitant iter
Mandata. *Grif.* quæ mandata? *Mus. 3.* Gualteri ducis,
Novis laborat nuptiis, hinc nos quoquè
Artemquè nostram paria ad obsequia vocat,
Quam nostis artem? *Mus. 1.* musicam, *Grif.* ô chari nimis
Salvete Domini, vester adventus mihi
Sanè auspiciatus, jussa si prohibent, moram
Nobiscum eundi, quæso, tantillâ tamen
Miseram beatè gratiâ; hoc unum rogo,
Quod læso amori mente composui metrum;
Vestris mihi canite modulis. *Mus. 1.* multumne? *Grif.* non,
Brevissimum. *Mus.* sit ergo. Chordas attrahe,
Grif. Canite, docebit plurimum, exemplo meo
Quàm sit dolosum, perfidum, inconstans, mare,
Amare. *Mus.*

1.

Leben wann es wär ohn Betrüben /
 Wer wolt sich inniglich
 In dem nicht üben /
 Aber wann B Lieb soll die ganze Welt besigen.
 Nã / nã / nã / nã / laß ich mich nicht betrügen /
 Dann ihr Scherz ist voller Schmerz.

2.

Liebreich das Aug spilt / hat doch Pfeille /
 Dessen Wund auß den Grund
 Fast Niemand heille.
 Ders erfahren hat / der kans mit Wahrheit zeigen /
 Nã / nã / nã / nã / ich kan es auch nicht schweigen /
 Liebes Freud bringt allzeit Leid.

Grif. Vera canitis. Ah pergite!

3.

Hönig-süsse Wort sie vortraget /
 Lächlet schön / wehe doch dem
 So sie erjaget.
 Dann der Schmerzen-Stahl wird s'innerst Herz
 durchdringen /
 Nã / nã / nã / nã / ich laß mich nicht bezwingen /
 Dann B Lieb ist / lauter List.

4.

S Herz auch selbst sie dir oft wird schencken /
 Doch zum Schein / daß sie s'dein
 An sich kan lencken /
 Hat sie diß erlangt / wer zehlen wird die Quellen?
 Nã / nã / nã / nã / ich schone meiner Seelen /
 Dann die Lieb ein arger Dieb.

Grif. Satis.

Quid corda frustra lancino. Referet suum
Aurora phœbum. Nulla perpetua stetit
Nox fixa cœlo; nubila sequuntur dies
Sereniores, spina comitatur rosam,
Rosamquè spina generat, haud dubito, aderit
Fortuna, quæ me pariter antiquo loco
Rursum reponet. Gratias, meritis vicem
Tribuat Olympus, pergite & vestris jocis
Recreate sponfos. *Mus. 1.* Paria tibi volumus, vale.

Aperitur
clausura.
Grif.

Valete. Fallo, an Patrios cerno lares?
Non fallor, hæc sunt horrea, hic hortus, domus,
Hæc est parentis, qualis huc fors mihi viam
Tam facilè flexit? tento, pulsabo fores.

Parens.

Quis nostra pulsat limina? *Grif.* agnosco sonum,
Vox est parentis. O Parens, nunquam mihi
Satis adamate! filiam hospitio tuo
Suscipe benignus, ni tua admittar domo,
Undiquè relicta nescio quo me loco
Vertam, aut revertam. *Parens.* filiam? *Grif.* talis tuo
sum nata thalamo. *Par.* fare, quod nomen tibi?

Grif.

Sum tua Grifeldis. *Par.* apago sceleratum caput?
Nosco Grifeldem, Principis inhabitat domum,
Thorumquè, tu mendica, plura non loquor.

Grif.

Sum sum Grifeldis, juro per quotquot Dii
Regnant Olympo. *Par.* cede sis, nunquam mea
Tibi patebit Janua. *Grif.* Uxori thorum
Negat Maritus, filix domum parens.

Grif.

Parens amate, O parens patere tuam
Lares subire filiam. *Par.* necdum taces,
Hac nocte saltem patere, plus tempus dabit
Simul loquamur. *Par.* Mopsè, Anolfaxi, Lyda,
Agite, strigem ultra pellite. *Mopsus.* recede, aut meus
Monstrabit abitum flachlio, *Grif.* O Deus. *Lydas.* citò
Recede. *Grif.* cedo, vos ô æthereæ plagæ
Vigiles catervæ, tuquè stellarum pater

Coeliquè rector suscipe afflictam. Mei
Miserere Coelum! si quid ibi regnat pium
Fac vindicari, quemvè pro hospitio locum
Per tesqua nemoris sequar in occursum date.

SCENA IV.

*Grifeldis fratres minores de sorore solliciti aulâ
exesse statuunt, sed consulto prius Mathematico manere
se resolvunt.*

Frater 1.

UBi nostra fratres interim deget soror?
Quâ parte? quovè profuga fortunæ statu
Suos misellæ protrahet vita dies?

Frat. 2.

Adeonè nullum turbine infausto eximit
Fortuna ludens? nulla conditio queat
Effugere ludum ludicræ mundi Deæ.

Frat. 3.

Grifeldis, ad quid hætenus fruitam juvat
Sine nube lætis solibus, si uno impetu
Tam turbulentâ nocte fortunam tuam
Iniqua tumulet urna? *Frat. 1.* sic facilè ruit
Quod ante steterat. Splendidum Phœbo diem
Sectantur Umbræ, vixq; stat placidum mare.
Surgunt procellæ. *Frat. 2.* Dissipat Zephyros Notus,
Reliquosq; reliqui. *Frat. 3.* Fateor est modica fides
Felicитatis. Hora quæ ditat manum
Prædatur eadem; gyrat, & eodem rotam
Cardine regyrat, ludit, illudit pari
Fortuna vultu; ridet, & eodem elicit
Lachrymas cachinno. *Frat. 1.* Sed quid in tanto chaô
Sistere moramur? aula Gualteri novas
Noritis anhelat nuptias, & nos novæ
Servire Sponsæ? Pellicis iussa exequi?
Quotidianâ lege servitii dare,
Famulare pignus. Absit avertat Deus!
Fugam capesso potiùs. Ubi fuerit soror

Erit

Erit & sorori frater. *Frater* 2. hoc dudum meus
Mihi suavit animus ; fiat, imitamur, præi.

Frat. 3. Sed tuta non sunt cuncta, vigilantia pede
Gualterus instat, nostra fugitivas toga
Faciesq; facile prodet. *Frat. 1.* Est facilis modus
Huic obviandi. Splendidas vili togas
Mutemus habitu, sæpius rustica chlamys
Claram tegebat purpuram ; ut rusticus, ita &
Toga rustici ipsa est nequam. *Frat. 3.* at ubi versum putas
Erit abundum ? *Frat. 1.* hoc verò suspendere jubet
Paulisper animum, nescio ad qualem soror
Migrarit orbis Angulum, an quænam patet
Hæc rescindi methodus. *Frat. 2.* En nosco virum,
Quem fama fulgi voce communi canit
Rebus futuris augurem, hic certum dabit
Desiderato sine potiundi modum.

Frat. 1. Eamus ergo veste simulatâ, virum
Petamus unâ. *Frat. 3.* Venio. *Frat. 2.* promptissimus eo

Frat. 1. Venerande Domine, signa ni fallunt fidem,
Vultûs & oris habitus astrorum probant
Quòd sis peritus. *Math.* Signa non fallunt fidem,
Ero, fuiq; semper astrorum & poli
Probè peritus, quid cupis Cælo augurer ?

Tempore venitis commodo, sine hoc nova
Facio Calendaria, facilis aderit modus
Vobis futura dicere. *Frat. 1.* Hoc unum licet

Rogare, quali Domina Grifeldis loco
Statuq; degat ? mortua ? an vivam trahat

Auram superstes ? quodq; fortunæ genus

Tandem futuros exuli excipiet dies ?

Math. suspecta res est. rusticâ hac aliud latet

Tectum lacernâ. *Frat. 2.* Ne time, nil quod vides

Latet videndum. Curiosa mens inest

Pueris, futura scire pro magno locant

Precio, bonoq; *Math.* Fiat, edicam viam

Tenuit, patriſq; verſus evaſit lares,
Domo moratur patriâ, incolumem trahit
Hucuſq; vitæ ſpiritum, brevi redux
Revocata cultu priſtino intrabit thorum?

- Frat. 3.* Sed quando? *Matth.* Modicum temporis dicti fidem
Noſtri probabit. *Frat. 1.* Gratias ſummas tibi
Deferimus, hæc ſi paucula aſpectu beas
Munera benigno, ſuſcipe, quod hortus tulit
Noſtri parentis, pauculos fructus damus.
Matth. Accipio, dicta certus eventus manet.
Frat. 2. Imus, beata fata tibi cedat polus.
Frat. 3. Ergò manendum, donec aſpiret dies
Quò tam benigna fata confirmet Deus.

SCENA V.

Gualterus inſidioſam viam Florindæ audiens Or-
tello mandat ſecuritatem itineris procurari.

- Gualt.* Soleo regentum verticem magno parem
S Similare Atlanti, nubibus neuter caret,
Seu quas ſuperbas Marte commiſcet furens
Eurus, Notuſquè, queiſvè curarum incubans
Pondus coronis frontis infeſtat diem.
Taliſquè nubes obſidet frontis meæ
Solitum nitorem, & tentat ignotâ viâ
Pulſare gravidâ nube mœſſitiæ caput.
Aul. 1. Nil metue Princeps, umbra non quævis ſuo eſt
Infeſta ſpectro. *Gualt.* Fateor, aſt timeo tamen.
Aul. 2. Bis timet & auget, ſera qui citò timet.
Gualt. Bis cavet & aucta minuit, is qui citò timet.
Aul. 3. Eſt differendus. *Gualt.* Eſt quoquè fovendus, cupis
Securus eſſe, ſemper ut timeas, cave.
Et veſtram amata pignora inſolita tenet
Triſtitia mentem. *Bland.* Noſtra longè alia tuâ eſt
Trīſtitia Princeps. *Gualt.* Quæ ergò? *Rofin.* Modicum ſed grave
Ta-

Tamen doloris vulnus. *Gualt.* Ediffere *Grat.* memor
Animo Grifeldis insidet. *Gualt.* fateor, nihil
Me simile turbat, sed quid? absente hac tibi
An aliquid unquam defuit? *Grat.* nihil. *Gualt.* Patrem
Me non habetis? *Grat.* Et patrem & fratrem, tamen
Matrem Grifeldem perdidimus. *Gualt.* aderit brevi
Quæ nos paterno stringet amplexûs sinu
Alia Grifeldis. *Bland.* Non novam, veterem petit
Unanime votum. *Gualt.* Quam toro pepuli? *Rosin.* toro
Rursum resume. *Gualt.* Est turpe, quod factum est benè
Corrigere velle. *Grat.* Turpius factum malè
Corrigere nolle. *Gualt.* Contumax! virum puer
Arguere tentet? *Grat.* facta si ipsemet puer
Iniqua facta judicet, virum puer
Arguere justè poterit. *Gualt.* Insolens, sile,
Aut te docebo Principi dignè loqui.
Epheb. Dux magne, cursor concitus adivit fores,
Gualt. Quid fert novorum? *Eph.* nescio, alloquium petit.
Gualt. Veniat, benignam propalam auditum dabo.
Jam nosco mens præfaga tristitiâ suâ
Quid mihi notârit, veniat, in quid quid mihi
Constans sedebo. *Cursor.* Principum magnum decus
Gualtere. Plenam amoris â Sponsa tua
Fero salutem. Mille prosequitur modis,
Sed ne sequatur, mille sibi prohibent viam
Remoræ moræq; , publica viarum strata
Inimica prædis undiq; infestat cohors,
Prædatur, opibus spoliât, exarmat, necat,
Ut tuta sint itinera veniendi rogat.
Gualt. Teneo petita. Tu redux parem refer
Sponsæ salutem. Paria Gualteri Ducis
Repone vota. Vigile comitabor manu
Ut tuta sint itinera, defensæ viæ.
Veniat, & omnes propera seponat moras.
Ortelle! *Ort.* Princeps! *Gualt.* collige armatam manum,

Quam

Quam semper in te colloco, spem iterum loco
Fidelitatis. Perge. Florindæ comes
Servi & Minister. Tuta mihi veniat, age
Quidem es Grifeldis frater. *Ort.* Haud time, manus
Tibi semper aderit fida, securam tenes
Fidelitatem, iussa conficiam tua.

SCENA VI.

*Ortellus cum Drosillo fraudem intertenenda Flo-
rindæ machinantur.*

Ortel. **D**Rosille! pulsa tympana, ad signa evoca
Martis cohortes. Sponsa meditatur viam
Florinda, tuta ut cuncta faciamus, Ducis
Imperia sunt. *Dros.* Et iussa tu exequi paras?
Ort. Cur non? *Dros.* Grifeldis frater. *Ort.* omninò sapi-
Jam vindicandi tempus, arripio data
Consilia Fraudi, sed parem spondes fidem?
Dros. Spondeo, fidelem Socius aptabo manum,
Ort. Perge igitur, aptos mente versabo dolos.
Civis fugiti. Valetè dulcis patriæ optati lares!
Valetè Cives! vosquè qui mecum pares
Focos paterno more coluistis mei
Quondam Sodales Zinzele & Pochele, & meo
Quotquot in amore prima tenuistis loca,
Linquenda sunt dilecta materni soli
Prædia, alioquè climate afflicto viro
Tellus petenda. *Ort.* Amice quo pedes tui?
Civ. Quo pes sinister iverit, sine dubio
Dexter sequetur. *Ort.* ludis, an verè paras
Abire? *Civ.* dubitas? Nonne cernis quàm domum &
Omnia mea simul porto? *Ort.* vidè quàm brevis
Tibi sit supellex *Civ.* Est tamen pondus grave
Quod gesto. *Ort.* grave? non video, quid facilè tuos
Grayaret humeros. *Civ.* non? sed ego benè sentio,

Paupertas mi frater, paupertas me gravat.

Ort. Adverto quo te fensa? sed quid vis queri?
Onus hoc ferendo sit levius. *Civ:* Ast fat diu
Fero, non tamen sit leve. *Ort:* patientiâ,
Patientiâ opus est. *Civ:* Quid mihi cum patientia,
Fert mea crumena semper hanc patientiam

Ort. Sed fare, quæ te fata depellunt tuo

Solo paterno? *Civ:* Fata quid multum rogas?

Gallus, is est fata qui nobis facit

Patriâ abeundi. *Ort:* perge meliore ac putas

Fruese sorte. *Civ:* pergo, sed quorum putas?

Ort. Revertere domum. *Civ:* quomodo? domum?

Avertat æther, cum mea vivere domi

Uxore? *Ort:* cur non? Nonne proba est foemina?

Civ. Si? proba foemina? experior satis,
Singulis noctibus peregrinatum it, sed per Caminum,
Proximè canonizabitur in patibulo.

Retrò domum non pergo, quoquoque magis

Tecum migrabo. *Ort:* vita militis forsan placet?

Civ. Potius. Sed istâ sarcinâ cuperem prius

Eliberari. *Ort:* Modica quam tecum geris

Tua est supellex. Facile solvetur colus

Et plundra, siquè est alia familiæ tuæ

Nullius etsi generis appendix. *Civ:* tamen

Quàm modica quam sit, non modica certè mihi

Videtur, ut reliqua relinquam singula,

Hæc sola plundra quid putas? olim fuit

Unica modella, quando pro caligis stetit

Martius hic Narbo braccatæ gloriæ gentis.

Quid de mucrone? credis, an Abraham suum

Maçtavit isthoc filium? *Ort:* facilè negem,

Civ. Ut fatear, ipse hoc nescio, sed de sclopo

Certum est, quod erat in expugnatione Trojensi.

Ort. Rogo si vis mentiri, mensura melius,

Civ.

Fuit ne in usu tunc scelopus? *Civ:* nimis es mihi
Subtilis? *Ort:* ad quid pectinem hunc tecum geris?
O nimis amate pecten, ò quot hoc mihi
Mater pediculos sapè pexit. *Ort:* hem tace,
Accipe crumenam, tota sit pro te & tua
Simul officina, si meus fieri cupis
Miles. *Civ:* sit ergò, suscipio, modò tuus ero
Miles, sed audi, nil nocet, Pater meus
Est Suevus, & ego sanguinem & cor à patre
Hæreditavi Suevicum. *Ort:* nihil nocet.
Plures notavi milites, ego ipse ex patre
Simili genitus eram, & tamen qualem putas
Me esse militem? Jam plures lepores vocavi
Quàm omnes septem Patricii vestri cœperunt.
Benè est revertam subitò, ut armatum decet.
Habeo parata cuncta, quem versas dolum?
Dolum paratum teneo, da fidem & manum.
Manum & fidem, & si quod jubes ultrò dabo.
Sic ergo fiat, militum partem tibi
Per tesqua nemoris occule, ast partem obviam
Ducam ego Florindæ. Fida simulabo omnia,
Sed tu repentè profili, immuta tibi
Tuisque vestes, ficta prædonum gere
Arma & tumultus, fingam & ego pugnam. Interim
Tu citò Florindam manibus ereptam meis
Tuo ligatam Marte captivam tene.
Alioque porta. *Dros:* pulchra consilia placent.
Confide, nostra certa te manet fides.

Civ.

Dros.

Ort.

Dros.

Ort.

SCENA VII.

Grifeldis Parentis Domo Exul in solitudine lamentabunda à satyris recreatur.

Porto doloris pondus infelix parens!
Pondus & amoris, quale sibi simile tulit

Trojanus Heros, quandò per adustas domos
Sui Parentis tergori imposuit pius
Vitam levator Atlas. Ita voluit DEUS,
Ut hoc potente restet ex aula unicum
Vitæ levamen. Quamquè non novit parens,
Natam, parentem nosceret soboles suam.
Grifeldis, ast quo vota, quo curas agis?
Nescis favorem Coelitum, affligi, pati,
Hæc sunt Olympi munera, cui omnia fluunt
Ad vota, rarò littora beatæ attigit
Felicitatis. Gratias reddo tibi
O Sponsus animæ Christe, Tu scis & potes,
Si vis favere Christe, stat tuo mea
Nutu voluntas, tu jube & da quod jubes.
Exosculabor, quidquid insinuat tua,
Nam tua voluntas velle nisi bonum nequit.
Amor. Ah monstra mater! Monstra nos versus ruunt.
Grif. Noli timere monstra, nil probis nocent.
Amor. Cornu minantur. Non vides? *Grif:* video suo hoc
Gestro favores deferunt. *Am:* sunt Dæmones?
Grif. Non, sunt Alumni nemoris, huc illuc vagi
Satyri. *Am:* foras en prodeunt. *Grif:* locum volunt
Aptum Chorcis. Non metue mecum tibi
Antrum, licebir inde conspocere jocos.

SCENA VIII.

Ortellus venit ad Florindam.

Flor. Tandem solutâ mole, quæ simile diu
Mihi expetenti fervidas nexir moras,
Non secus ut orbam pondere indemnem ratim
Isthic beato littori inservit dies!
Krit. Dies beatitatis optatæ novus
Bajulus & auspex! candidis dignus notis,
Quem det caracter, quemquè ne mente excidat

Omnis vetustas vindicet. *Panicus.* Dies tuæ

Aurora lucis cujus exortu tuis

Fastidiosæ fortis extracta tenebris

Flor.

Augusta Sponsa ad publicum emergis Thronum,

Dies amoris prodroma futuri, facer

Interminandi gaudii antea mbulo dies.

Sum Sponsa, mihi jam sufficit, viduo statu

Emancipata. Sponsa Gualteri? hoc magis

Ticillat animum; hunc unicum exspecto diem

Quo me petito devehat in aulam duce.

Krit.

Non emanabit. Fallor, an de illo foris

Audio loquelas? *Flor.* i, vide. *Krit.* sic est, suus

Adest Minister, militum validam trahens

Secum cohortem. *Flor.* Veniat, alloquium dabo:

Jam plus beata vivo, nam citior meo

Sponso affutura, vota benè vertat Deus.

Ort.

Serena Princeps, cujus illustri domo

Dii laborant, & perennantem diem

Nunquam nepotum Sole morituro parant.

Plenas amore literas mittit tuus

Gualterus. *Flor.* Ubi sunt? *Ort.* Accipe. *Flor.* I, citò perlege.

Krit.

Florindæ amatæ conjugii, *Flor.* ô telum grave,

Vulnusq; amoris mutuum! nomen meo

Nunquam eruendum corde, Cor quamvis mihi

Sinu eruatur. *Flor.* Ast mihi è sinu rapit

Cor simile verbum. Primam adhuc absens tibi

Scribo salutem. *Flor.* Mille jam misi memor

Sponso salutes. Mitto, quæ in tutas vias

Tutentur arma, quiq; tibi fidus comes

Adsit, Ministrum; vive benè, vale & veni.

Flor.

Veniam, valebo, vitâ sine te sed mihi

Mortuâ, prius non vivo, quàm vivere tibi

Gualtere, superi, quod brevi spero, dabunt.

Benè,

Benè, tam auspicatum nuncium hospitio interima
 Excipite lauto, munus & tibi & tuis
 Ortelle, mittam subito, fac nullis moris
 Impediar, ubi licet, illicò pergere placet,
 Servire jussus adsto, tu impera, sequar.

Ort.



CHORUS PRIMUS.

Hymenæus
 Hymenæus dormi-
 entem a-
 morem in
 furorem
 transvertit
 Qui evigi-
 lans se ar-
 matū mī-
 ratur, affe-
 ctus suos
 in subsidiū
 evocat,
 à quibus
 primo nō
 agnitus
 luditur, vo-
 ce tamen
 proditus
 adjuvatur.

NON nautam unus fluctus,
 Nec fidem unus luctus
 probavit fat.

Is tandem amor, duras
 Post mille mortis curas
 qui adhuc stat.

Amare inter jocos
 Bellare est ad focos
 hoc quivis scit.

Si amas debes scire
 In mille mortes ire
 an ludus sit.

En ipsa insidijs favet
 Dum somno oppressa nil pavet.
 ibo Martisq; ferocia

Nil cogitanti dabo insignia.

Quid hoc?

O cœli benigni
 Quæ Martis indigni
 Nos arma laceffunt?

Ubi sum? ah ubi vivo, quo me
 Furor impulit?

Egone Amor?
 Dulcis illa fax amantūm?

An ferox furor
Eumenidum pignantū?

Quid: ensis & bella?

Accendor in bella?

Non sum amor, sed sum furor

At ubi diræ manetis iræ?

Non sum furor,

Iraſci neſcio,

Sum blandus amor

Enſeſq; pavelo,

Hac huc affectus, ſida capita,

Ah ubi eſtis? ferte auxilia,

En veſter amor?

Fit totus furor,

Et tamen neſcit quid furere ſit.

Tunc noſter amor! pro! quantus horror!

Non eſ amor, ſed caucaſo

miſſus pavor,

Pellite, ſtringite, neſcite furiam.

Dic ubi eſt amor? quo cum

abegiſti!

Sum veſter amor, foris quidem

ſum hyena

Intus tamen ſum amoena,

Ite, venite, aſpiciſte cor.

Tunc noſter amor?

O torva furia!

Pellite pellite furiam.

Sum blanda gratia

Ite, venite, aſpiciſte cor.

Tace, obmuteſce impie,

Aut perimam te.

O furor crudelis! o aſtus rebellis!

Tuo

Affectus 16-

Affect. 2.

Affect. 36-

Amor.

Affect. 44-

Amor.

Affect. 56-

Amor.

Tuo livore , meo dolore
Prostratus jam sum,
Non sum furor , sed sum amor.
Ite , venite, aspiciate cor.
Est noster amor. Heu quis te furor?
Hoc dolo lusit? armis inclust?
Parce nocenti crimina flenti.
Ludus sibi sunt amantes,
Nec sine re,
Jam furunt altercantes,
Jam quærunt se.
Sola tamen sinceri
Amoris dos,
Quæ constat, Martis feri
Dum sævit cos.

Sola tamen sinceri. &c.



ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

*Comes Panicius, Florinda, ejusq; Frater (quem
Kritomandem dicimus) in comitatu Militum suâ opinione securi ab
erumpentibus insidiis in sylva opprimuntur, (sub confuso utrinque
conflictu, Florinda abducitur, Kritomandes ut saluti consulat, ha-
bitum mutat, in quo non agnitus à Panicio rursus impetitur.*

Dress.

AD furta qualis prodit insidiis vafra
AE nemore vulpes, talis in medium dolo
Instructus exco. Quam dèdi Ortello fidem

Im-

Implebo factis. Vera amicitia dabo
Indicia. Nam si multa spondes, & nihil
Servas, amici nomen indignè geris.
Huc fida Martis pectora, Cohortis meae
Conscripta capita. Pauca mandatis dabo
Fidemne vestram teneo. *mil. 1.* jam nosti tuos.
Tenes, tenebis semper, in avernum simul
Tecum ruemus, *Dro.* fraudis at agenda est mihi
Vobisque scena. *miles 2.* militi, jam scis, parum
Est conscientiae, fraude vel justis agat,
Parum ille curat. Nullus est illi DEUS
Præter crumenam, perge seu fas, seu nefas,
Tecum cademus, stabimus, quod vis jube.

Dro.

Fiat, jubebo. Fida sed justis volo
Obsequia *Mil. 3.* *tius.* dubium pone, fidissima. Agite

Ergo, propinquam Sponsa meditatur viam
Florinda, tuta pergit Ortelli manu
Tutante turmâ. tempus est veterem novâ
Nunc vindicandi conjugem, arcenda est toro
Florinda. *Mil. 4.* Justa Domine meditaris, vetus
Thalamis abacta, scandat ut thalamos nova,
Nobisque dedecet, imperet, prompti adsumus

Dro.

Mil.

Ortellus ergo facile consilium dedit
Dic quale? *Ort.* vos ut inde & hinc testis viis
Per tesqua nemoris oculam, ubi primum nemus
Simul subibunt, ficta prædonum ut geram
Arma & tumultus. Bella defendet manu
Et ille ficta. Media dum partis utraq;ue
Fervebit ira, manibus ereptam suis
Mecum Florindam vinculis collo gravem
Ducam ligatam. Præda vos ingens manet.

Aurum, uniones, reliqua quæ Sponsam novo
Compserit vultu. *Mil.* sapida consilia placent

Dro.

Et en propinquam suspicor, quivis suâ
Statione sistat, primus assaultum obvius

Tentabo, alacri mente sequimini Ducem,
Quid hic locorum? siste quam primum pedem.

Ort. Quid nos moraris? liberam patere viam,
Dros. Ad arma socii, transitum inimicus negat,
Prad. Ad arma socii. Cede. *Ort.* non cedo. *Mil.* peri-

Prad. Prius peribis. morere. *Mil.* mactabo. *Prad.* crepa.
Mil. Inviselatro. *Prad.*: pereo. *Mil.*: purpuream evoma
Animam sceleste. *Mil.* siste vel mucro meus.

Prad. Huc huc sodales. *Krit.*: fugio huc fugio miser,
Ubi sum? quis iste locus? ubi socii mei?
Dura es Noverca, dura fors quo me rapis?

Tam vorticoso turbine? ubi frater meus?
Solus relinquo: Perditum nemo juvat?
O Astra! Terra, Pontus, & quidquid super
Quod innocenti ferre solamen potest.

Ah subvenite perditio! tutior eo
Hac veste tectus. Fraude vitandum est necis
Præsens periculum *Mil.*: cæde. *Prad.*: Trucida. *Mil.* Neca.

Prad. Nectum recedis. *Mil.*: Dite prognatum nefas,
Quod picea vomuit vipera, Cocyti lacus,
Trifauxque stygiæ mamma lactavit canis,

Pan. Quis hic sceleste? siste da victas manus.
Krit. Ah parce! *Pan.*: morere, *Krit.*: stringor ô fas ô nefas!

Pan. Figat medullas mucro, *Krit.*: nil merui! ô scelus!
Pan. Succumbe, vel te tartari immittam specu.
Krit. O Parce amice, sum Kritomandus comes,

Tuus en vide. *Pan.*: Deus! horror attonitum quatit!
Est Kritomandus, innocens testor polum
Ensem vibravi, parce, si dubitas feri

Pectus patescit, confode. *Krit.*: infontem fides
Amorque noster Frater errorem facit.
Pan. Sed cur in ista veste? *Krit.*: mage tutam fore

Fugam putabam. *Pan.*: Perge non time, pari
Ardore quidquid obvium, dabimus neci.

SCENA II.

*Miles fugitivus deplorat commilitonem suum eo
acerbius, quòd in iniqua causa ceciderit, justisq;
ei solutis in aulam properat ad detegendam
Gualtero Ortelli perfidiam.*

Miles.

Quis hic tumentè vulnere infelix humum
Mordet sodalis? Fallor? est meus? meus

Certè est Lycifcas! Chare Frater mille farciminibus
Amplius amate socie! quo tristi jaces

Fato peremptus. Loquere esne mortuus?

Nihil reponit. Audisne, esne mortuus? dic mihi

Sincere, nihil vult loqui? Si non scis loqui,

Saltem da signum aliquod vel pede vel manu,

Nihil. Lycisca propino tibi in sanitatem

Nostri Stephonium, superi. Jam verè credo

Illum esse mortuum, nam semper aliàs responsum

Dedit ad similes interrogationes. Ah Lycisca

Ergo es mortuus? Ah cadite lacrymæ, cadite!

Frater meus mihi est mortuus, gaudium, dimidium mei,

Verè Frater, sine quo nec ego nec ille

Sine me gallinulam minimam rustico furari

Volebamus, individuus comes, quotiescunq;

Ille in asino equitare debuit, me suum pro

Solatio socium habere voluit.

Verè amicus usq; ad aras. Nam bis ambo

Stetimus sub magno patibuli altari, simul

Et semel suspendendi. Et jam sine me

Mortuus es, & forte sine lux sine Crux.

Lycisca, nonne promisimus, quòd alter alteri

In agone assistere
 Velimus. Quare me non vocasti?
 DEUS scit, quo jam sine me
 Perrexeris. Ubi habes lagenulam? forte adhuc
 Tibi in tempore feliciter ad tumulum apprecari
 Potero. Pauper Diabolus! nec guttam habet
 Intus, ergò ita sicce debuisti mori, infelicissime
 Bipedum. Et quid mihi pro hæreditate reliquisti?
 Videamus tuas divitias. Quid hic?
 Est Pamphilius. Omnino hoc laudis habuit meus
 Lyciscas. Nunquam fuit otiosus, occupabat se semper
 Aut cum cantharo vel cum Pamphilio. Quid hoc? hic est canalis
 Militum manna pro fame & siti, saltem hoc habet
 Solatii miles, quòd plerumque fumo vivere possit.
 En militum epulæ, panis nigrior terrâ, duro silice
 Durior. Nihil amplius invenio. Verè dives, qui facile
 Manu apertâ omnes tuos thesauros portare potuisti.
 Sed nihil de numulis. Nihil, non miror, nimium enim
 Fuit avarus, hinc quidquid habuit abscondit in cellariis.
 Quam felix mors, verè cogito etiam sic mori. Quid superest?
 Ergo te sepeliam, habes hoc solatii, quòd nullus melius
 Sciat locum, in quo libentius quiesces, quàm ego, nam
 Si qualis vita, mors est ita, in bene humida terra
 Te faciam tumulari. Veni ergo chare frater, ultimum
 Obsequium dabo.
 Sed vindicabo, resciet Princeps dolos,
 Qui te necârunt, pereat Ortellus tui
 Author supremi funeris. Solvam nefas.

SCENA III.

*Panicius & Kritomandes cum paucis suorum spem
 inter & metum ab Echo docentur, quid eis agendum, quibus se
 rursùm adjungit Ortellus, suamque perfidiam dolosè excusat.*

Pan.

Requiro quam plus diligo vitâ meâ.

Florinda! ô Florinda, dic quis te lacus,

Spelunca vel quæ detinet! faxit Deus,

Ut resciam, non sanari horreo lares,

Pro te sabibo, quidquid indiderit amor.

Krit.

Soror misella, vincula & jugum grave

Perferre malle, quam tuo optato soror

Carere vultu. Pergo quò pietas vocat,

In servitute gestiet frater comes.

Pan.

Solvuntur in aquas lumina, & tristi genæ

Humore turgent; quandò sum memor tui,

Echo.

Oro, *Krit.* Quid hoc? Dea vallium nobis loqui

Vult Echo, quæso audite. *Echo.* abite. *Pan.* nos jubet

Abire, sed quo non docet. Amat Musicam

Hæc Dea: Noille tu aggredere negotium

Deamquè cantu provoca.

Noil.

Dea vallium te invito. *Echo.* ito.

Ah ostende, *Ech.* tende.

Mihi sollicito. *Ech.* cito.

Sed quo pergam audin. *Ech.* in.

Ah quam in caulam. *Ech.* aulam.

Heu portenta. *Ech.* tenta.

An erit certamen. *Ech.* tamen.

An infelix. *Ech.* felix.

Dea non falleris. *Ech.* eris.

Hæc jussa sunt Deæ, *ito, cito*

tende in aulam,

erit certamen,

tenta tamen,

felix eris.

Pan.

Nos benè jubet,

Sperare fratres Echo, totus itineri

Accingor. Astra perditam spero dabunt

Eliberatam vinculis. *Krit.* faxit Deus.

SCENA IV.

*Gualtero in vicino nemore Florinda occursum
expectanti occurrit Menaxes miles cum mortuo, audit ab eo
fabula seriem, destinat Tariffum.*

Gual. **S**Ocii Jocosum, vosquè nemorosæ domûs
Virides alumni, quando sic cœlum favet,
Dum nemore sponsæ transitum expecto meæ,
Agite jocosos interim inducite choras.
Ven. 1. Proni venimus. Quod lubet, jube, *Ven. 2.* tibi
Parere jussus quem vides coram chorus
Nil obsequendo majus in votis habet.
Ven. 3. An præda vestras aliqua ditavit manus?
Ursulus amœnus, mille nugis & jocis
Animal peritum, si faves juncto pede
Dabimus choream. *Gualt.* Faveo conjungite choras.
Saltus Venatorum.
Placuit chorea, seria hodiernum negat
Agenda tempus; ite lustremus nemus.
Forsthan Olympus obviam sponsam dabit.
Quis iste Latio? Sistite alloquium peto
Mil. Auguste Princeps, copiam mihi si dabis
Plus te alloquendi, paucula profabor, tibi
Multum auspicata. *Gualt.* loquere, concedo locum
Liberè loquendi. *Men.* sum tuus miles, tuæ
Socius Florindæ conjugii inaccessi obviam.
Gualt. Meæ Florindæ? ubi moratur? an brevi
Transibit isthac? jam satis moræ traho
Ut obviaret. *Men.* Magne Dux, frustra manes.
Alia Florindæ est alea, nec sponsum suum
Facilè videbit. *Gualt.* Quid jocos feris? *Men.* loquor
Seria. *Gualt.* Quid ergo fare, quid vocem præmis?
Men. Captiva vinculis squallida in nigra sedet
Abdita caverna. *Gualt.* Capta prædonum jugo

Squalleat! astra! sed quid Ortellus? *Men.* loqui
Timeo. *Gualt.* Volo loquaris. Ediffere, mea
Imperia mandant, *Men.* fraude quid multum nego?
Quem jam vocabas capta retinetur specu.

Ortellus Author sceleris. *Gualt.* invisum nefas!
Maledicte nebulo. Perge quis captam tenet?

Men. Non prædo, sed Drosillus. *Gualt.* an etiam reus
Drosillus? *Men.* ita, consilia nam sequitur data.

Simulavit hostes, iste, simulatâ viam
Stipat cohorte. Ficta dum utravis manu
Certatur ira. Manibus Ortelli (dolus
Sic voluit) eripuit Florindam, dein gravi

Vinclo ligatam carcere includit; fugit
Ortellus inde, quotquot & secum viros,
Habit, vagantur varia per Sylvæ loca.

Gualt. Sacrata furcis capita, cerberca specu
Prognata monstra, pestis Eumenidum, dabo.

Quæ promeretur debita vestrum scelus
Tormenta poenæ. Jussa conficere mea

Para Tariffe. *Tar.* : jussa confeci tua
Semper Mipister, fidus. Excipiam jube.

Gualt. Contrahe phalanges militum, fidum magis.
Exequere jussam, carcere creptam tuis

Tutare manibus, proximè & nostrâ invchas

Aula Florindam. Tuq; Dorinda manu
Stude coactâ perditum in vincula tua

Trahere Drosillum; ast tu accipe auratum tui
Munus laboris, Dona, benè meritos decent.

SCENA V.

*Grifeldis paternâ domo pulsa in Urbem revertere
meditatur.*

Grif. Quousq; ausu fessa fugitivo tuos

Sequar curules Phæbe? nec fugiens modum

Sibi ponat error ? semper exiliæ vagata
Quæram quietem, nullus errantem locus
Viduam relictam nulla suscipiet quies ?

O sortem acerbam, sive nos fulvo tegat
Atrore, mundum sive purpuream invehat
Aurora lucem, nulla mihi pax aut quies,
Diurna nox molestat, & noctem dies.

Quæ fata me ? quis avibus infaustis Deus
Ad Conjugales egit incautam faces ?

Amor. Quid fles amata Mater ? *Grif.* Ah fili, meæ
Vitæ levamen, cur fleam nescis, tuum est
Hoc innocentis præmium ætatis pati,
Patîq; te nescire. Fili ergo mecum

Leva dolorem. *Amor.* Mater ah quod vis jube.

Grif. Aliquid mihi cane. *Am.* Si jubes. *Grif.* jubeo, incipe.

O vucula scelere pura ! O angelicis choris
Socianda Siren. *Amor* : Mater, ubi parens ? diu
Jam non videbam. *Grif.* vulneras Fili, mei

Cordis medullas, si patrem cernere cupis,

Aspice sub Astra, hîc omnium residet parens,

Sed quid vagantemora perlustro fugâ ?

Seclusa Patris æde, ubi figam pedes ?

Relinquo sylvas urbicas visam domos.

Servire præstat infimæ ancillæ loco,

Quàm inhospitales nemoris incolere lares,

Quo plus propinqua tanto vicinum magis

Gualterus habeat sceleris admissi nefas,

Amorille perge. *Amo.* quo. *Grif.* Domũ. *Amo.* ad Patrẽ. *Grif.* i, cito.

SCENA VI.

*Gualteri & Grifeldis Fratres, ut ei redditum
in Aulam impetrent, fingunt ejus nomine litteras, quibus in eam
vel Ancilla admitti rogat.*

Phil. **S**alvete amore mutuo nunquam satis
Nobis ligata pectora. *Fid.* in pares eat

Reci-

Reciprocati amoris amplexus salus.

Gratillus. Quâ sorte læti vivitis? *Rosinus.* quod vel genus
Trahitis Jocorum? *Pastillus.* Qualiter merſo die
Vivitur atratâ nocte? *Justillus.* Vel vidua viro
Lugubre jocatur Sponſa? *Ros.* Vel ſobolem gemens
Quærit Læna? *Past.* talibus noſtra eſt ferax
Jocis juventus. *Just.* Vivimus vitam nece
Multo graviorem. *Ros.* Quot dies, tot par ſtygi
Mæroris umbra, quot moræ, tot ſunt feri
Horæ doloris, nulla vel pax vel quies,
Vel inquieto pectore malaciæ locus.

Pastillus. Mergimur, opaco qualis extinctum peplo
Solis diurni nocte ſe immergit jubar.

Justillus. Utinam reſurgat æmulo exortu dies!

Rosillus. Hæc noſtra poſcunt vota, ſolicitant preces.

Ah ſurge clamant, ſurge felici caput

Radiate Titan, cuique ferali juba

Ad mœſta triftis luxeras dux & comes

Rurſus reactis luminis tui rotis

Revehe in cupitum fratris aut thorum aut domum

Monillus. Placent amoris ſigna, quo noſtram piè

Flectis ſororem. Quando ſic nobis ſimul

In paria mentem ſtudia ſolicitat amor,

Nullusne ſuper eſt dicite juvandi modus?

Fid. Si noſtra placeant ſenſa, conſilia dabo.

Ref. Loquere, ſecreta ſæpè ſub juvene latent

Conſilia, nulli facile quæ occurrant viro.

Fid. Fingamus animo litteras ſcriptas manu

Grifeldis. *Ros.* apta judicas. *Grat.* ſed quis tenor

Sit litterarum? *Past.* ſupplicii veniam petat

Voce redeundi, miſera fortunæ ſtatum

Proponat oculis. Non Thorum aut Thronum expetat,

Se malle ſcribat infimæ ancillæ loco

Colere culinam, dummodò aſpectum ſui

Semper adamati ferre concedat Ducis.

Rof. Sanè movendo commodus cordi stylus.
Mon. Quis par Grifeldi scriptor, aut nostrum pares
Efformat illi litteras? *Just.* similem exaro
Ad omnem amussim. *Phlind.* scriptoria penus
Adsit. *Mon.* Morare, ego interim mente cãpiam
Scribenda. *Just.* Habeo parata. *Mon.* sic ergo incipe:

Gualtere Princeps Magne. Non dico ut prius
Dilecte Sponse. Veneror Imperium tuum.
Consorte quo me Principi indignam thoro
Adjudicasti, digna tam celebri Duce
Non sum marito, sufficit parva locum
Intrem culina, serviam: ancilla lubens
Obibo munus. Patriã exclusa ex domo
Quo me revertam nescio, ni aliquem fuga
Reduci quietem tribuis, & asyli locum.

Fid. Scripsisti abundè, ni cor adamanti gerat
Simile, movendo ferreum aptãsti stylum,
Just. Benè vertat æther cœpta. *Grat.* Deponite metum,
Non vana nuper augur auguria dedit.
Quando redituram rursus in pristina mihi
Est auguratus. *Past.* redeat ah faxit Polus!
Mon. Imus, valete- *Fid.* Gratias agimus, vale.
Mon. Sint tecta quæ transegimus. *Fid.* sunt, non time.

SCENA VII.

Florinda in specu deplorat miseram sortem
suam, ex qua oppressis improvise vigilijs Tariffus eam liberat.

Mil. **C**Antabo mihi laudes
emerito.

Fam. Non satiant me laudes,
esurio.

Mil. Sum vir ut scitis magnus,
non datur major me,

Fam. Stultus, qui laudat se,
 Mil. laudas me.
 Fam. Te te, Stultus qui laudat se
 non datur major te.
 Mil. Ja me.
 Fam. Ja Ja te.

I.

Mil. Ich fürcht kein Schilt kein Degen/
 Kein Pöckelhauben/
 Fam. Wer wol ein Narz deswegen/
 Der diß soll glauben.
 Mil. Alles was fridlich ist/
 Verjag ich in ein Witz.
 Fam. Der Degen hat kein Spitz.
 Mil. In ein Witz.
 Fam. Witz Witz. Der Degen hat kein Spitz.
 Du noch Verstandt noch Witz.

2.

Mil. Der Feind der hats empfunden/
 Wie schwer meine Hand.
 Fam. Daß reden deine Wunden
 Dein Spott und Schand.
 Mil. Drey Vier auff einen Hieb
 Seind gefallen von der Höch.
 Fam. Merckts wol / Leiß oder Flöch.
 Mil. Von der Höch.
 Fam. Höch höch / seynd gefallen von der Höch.
 Merckts wol / Leiß oder Flöch.

3.

Mil. Schau Bübl redt fein züchtig/
 Sunst helf dir G.D.E.
 Fam. Dein Hirn ist heut nicht gwichtig
 Wegt nicht ein Loth.
 Mil. Respect gib / wieß gebührt / oder
 Beym Schlaperment/
 Fam. Ein Narz bleibt biß ans End.

HUc ergo diras fortis invisæ vices
 Recidit Florinda Sponsa Gualteri, ut Ducis
 Captiva fieret, quoque sponsali annulo
 Erat liganda, vincla prædonum gerat?
 Ubi es nefande corporis nostri proce?
 Gualtere sic me tutam ab insidiis viæ
 Esse voluisti? Trux Tyranne, atrox malum!
 Ut præda fierem furibus, & solvam nece
 Quem tibi vovebam Spiritum. Date ah date
 Date pugionem. Ubi est Draconium caput!
 Quid anime trepidas? quid times? morere, crepa!
 Nefas scelestum. Video. Vel inanis mihi
 Illudit umbra? Somnio, non est reus
 Gualterus, ille furcifer averno fatus
 Ortellus ille fraudis invenit scelus.
 Sed quando dabitur Sponse conspectu tuo
 Frui Florindæ? Sponse! prædonum jugo
 Non vindicabilis? sic amas? hæc est fides?
 Tuis mihi data litteris, jam nosco te.
 I, lude mecum, lude, si necdum satis
 In me farebas, tenuis est meæ super
 Vitæ miscellæ spiritus, quando placet
 I, perforatis ultimum exhauri fibris.
 Sed quid læssio murmure incassum polum,
 Deliro rursus, veniet, haud metue, tuus
 Te vindicabit. Ah veni tandem veni
 Gualtere vindex! *Tar.* Quis vocat? *Flor.* veni ah veni
 Florinda clamat. Sinite cerberei canes
 Sinite. *Mil.* quiesce quid furis? quorsum putas
 Tibi esse eundum? *Flor.* Sinite, Gualterus meus
 Instat propinquus. *Miles 2.* Nostra captiva es, tace
 Gualtere Sponsam vindica. *Tarif.* ast ubi lates?
 Quærimus inanes. *Flor.* huc foras prodi foras.
 Maledicta Ditis monstra constringite canes,
 In frustra scindite bestias. *Mil. 1.* Pereo, *Mil. 2.* peri.

Tarif. Florinda prodi, pone captivæ jugum.
 Sum liberator carceris, tutor viæ.

Flor. Ubi sum Florinda, magne Dux fac me tuis
 Genibus reclinem, gratias quas dare decet
 Tribuere. *Tarif.* surge, luderis inani meæ
 Formâ decore, venio submissus tibi
 Viæ Minister. *Flor.* Quanta dilecti fides,
 O sponse magnæ cordis, en suscipe tuam !

Tarif. Augusta Princeps falleris ; sponsum tuum
 Non intueris, non tenes, aliis tuos
 Gemitus revelas. Surge. *Flor.* Gualterus meus
 Non ergo loquitur ? *Tarif.* non, tuus loquitur tibi
 Famulus Tariffus, *Grif.* parce nam facili viâ
 Errant amantes, cœcus est quisquis suos
 Sequitur amores. Quamlibet lucem, suum
 Diem auguratur. Fida famulatûs tui
 Auxilia laudo ; sequere Gualtero tuo
 Me siste tutam, nullus ingrati dies
 Me tibi tenebit, digna tibi merces ero.

Tarif. In mille pergam funera, ut tutam meo
 Tuoq; amatam conjugem adducam Duci.

Dros. Drosille, pessimè agitur ; insidiæ tuæ
 Facile patebunt, quidquid occultum latet,
 (Sic vera cantat fabula) in clarum diem
 Tandem patescit. Fugio, quid etenim mihi
 Agendum restat : hinc illinc vagus
 Ibo, redibo, donec in veniam mea
 Qui deprecetur scelera, nam nullum fefas
 Est ita tremendum, quod suo, si offers lucrum,
 Caret Patrono. Haud primus absolvar reus.

CHORUS SECUNDUS.

Amor. 7.
Hymenæus,

HEu fugio ! fugio !
 Adeste furia juvate me,
 te superi percant.

Ah

Amor 2.

Ah juvent me.

Hymeneus.

Jam jam solus peribis.

Amor 1.

Amor crudelis,

Cur hic me pellis?

persequeris me.

Quæ vel in duris

Fortunæ curis

colebam te.

Hymeneus.

Hic est scelestæ.

Amor 1.

Nulli infesta, heu me!

Hymeneus.

Siste, vel ego te.

Amor 2.

Hoc sit amare,

Arma versare

Et funera.

Ah tandem diras

Depone iras,

Et pacem da.

Amor 1.

Amor severe

Quid tandem ferre

Post tot dolores

Et amarores

Jubebis me?

Ipsa jam vita

Est fastidita,

Inter extorres

Finge errores

Et odit se.

Hymeneus.

Adeste furia, nocentem stringite.

Ambo.

Fugiamus, fugiamus.

*Fides Con-
jug.*

Pone modum furori

Hic locus amoris,

Non furii est.

Hymeneus.

Cede, cede furori

Non locus amoris

sed furii est.

Apage vel ego te!

Quæ scena rerum?

Quod hoc spectaculum?

An cerno verum?

An est hoc somnium?

Non est somnium,

Triumphus est amantium,

Hæc nempe amoris scena

Dura perpeti.

Quæ tamen purissimi vena

Semper gaudii.

Qui cupit amare, non fugiat fletum,

Non sunt lachrymæ,

Sint licet amaræ, mox faciunt cætum,

Sed sunt gemmulæ.

2.

In falso nascitur mari

Pulcher unio,

Firmatur in turbido chari

Cordis statio,

Consumptas quas furor putabit, triumphant

Charæ animæ,

Et pulchrâ labores exhaustos coronant

Lauro gloriæ.

3.

Durate in rebus adversis

Fida pectora.

Mox erit, qui lacrymis terfit,

Dabit gaudia.

Post nubes quas patitur pulchrior cœlo

Sedet Canthia.

Accepta post vulnera lætior bello

Venit Laurea.

Finis Chori Secundi.

ACTUS



ACTUS III. SCENA I.

Tariffus in Panicium & Kritomandem incidit,
sciscitatur ex Ortello novam Sponsam, dolosás-
que ejus excusationes adducta Florinda convincit. Cui
Ortellus supplex accidit, & multis irritò tamen grati-
am querit.

- Krit.* Milvus bidentem sequitur, & damas Leo,
Canis que leporem, solus homo homini lupus.
- Ort.* Hæc acuit animos vita quæ indecori solet
Sine hoste torpere otio, qualis suo
Fluxu, refluxu qui caret rivus, tacet.
- Tar.* Quis DEUS amicos in meum vultum dedit?
Kritomande salve. *Krit.* vive pars melior mei
Tariffe, quid te concito huc rapit pede?
- Tar.* Mandata nostri Principis, quibus jubet
Florindam adesse totus impatiens thori.
- Gualt.* Ubi illa, fors præcessit, an sequitur? dolus
An ludit aliquis? *Ort.* Paret, haud ludit dolus
Sequitur ve, calidos cernis & torvo igneos
Calore vultus? inde quid factum lege.
Hæc dextra, gladius iste sustinuit globum
Tota irruentem turbine. *Tar.* superi quid hoc?
Vim fecit aliquis? *Ort.* adde, Florindam tulit
Ex manibus istis, pectori eripuit, cui
Totam implicatam tela per & ignes furor

Prædonum , & imum nemoris abripuit sinum.

Tar. Itane caput fidele ? Florinda ! huc mea
Florinda ! *Flor.* Presto est iussibus , quid mœ petis ?

Tar. Hæc illa torvo rapta prædonum globo
Cito in catastas. *Ort.* Parce ! *Tarif.* num veniæ locum
Sperare possis ? perditæ , infamis latro
Abripite monstrum in carceris specum ultimam.

SCENA II.

Gualterus memor abjectæ fortunæ Grifeldis literas
ejusdem nomine à fratribus confictas accipit, eam-
que acciri jubet.

Gualt. **I**psa hæc Grifeldis litera & manus meæ est,
Quid poscit explorabo , quod coram nequit,
Stimulatus ignis crescit ; at major malis
Amor resurgit , si tamen verus fuit,
Verum esse constans coniugis fides docet
Per tot probata Sortis afflictæ vices
Lusum est abunde , Redeat & veterem ambiat
Confors maritum. *Fam.* Nuncius tuos petit
Qualtere vultus. *Qual.* Adsit , & sua explicet
Quæ iussa portat. *Nune.* Magne regnantum decor
His tibi Grifeldis literis prona accidit,
Ipsa accidisse supplice ubi nequit genu.

Gualt. Ipsa hæc Grifeldis littera & manus meæ est,
Quid poscat explorabo , quod coram nequit
Interprete pius calamus expromet notâ.
Grifeldis ! unus conjugis Qualteri amor ?
Grifeldis unus pectoris magnes mei.
Et flamma flammæ ! fabulam tandem exue
Amor severus : qualis O qualis rogat
Undante lacrymis literâ , ut parcam pius
Sibi innocenti. Sævijsti jam facis

In Innocentem, morte quasi suâ tuos
 Testantem amores: mollit & tigres amor,
 Et flamma ferrum mitigat, Chalybem focus,
 Et marmor undæ: si que jam foret nocens
 Hæc unda pectus rumperet, & iras amor.
 Redeat in Aulam: quando non nocens abest.
 Grifeldis! o' Grifeldis o' semper mei
 Fax Dulcis animi! Sic inundantes feram
 Ego siccus oculos? o' Grifeldis quis meo
 Vel nunc reponat conjugem charam sinu,
 Quis has in ulnas nectat, & totum sibi
 Gualterum amore. Chara famulantum manus
 Ite, & Grifeldem quærite, ut nostram Ocyus
 Redeat in Aulam. Dicite ancillam meis
 Desideratam nutibus, crescit magis
 Quo ventilatur amantium focus magis.

SCENA III.

D Rosillus capitur in foro, ubi etiam Grifeldis inveni-
 tur, & in aulam revocatur.

Grifeldis est quærenda, quæ terra exulem
 Quæ maria reddent? sæpe quod nequijt labor
 Casus dedere, fortè se feret obviam
 Nec cogitanti: Si stet è placito Deum
 Mox reperietur. *Grif.* Serta num Dominis placent
 Quæ flore pulchro pulchrior junxit manus?
Frat. 1. Nil cum coronis floridis, tecum mihi
 Nihil, alia est quærenda, *Grif.* Fors nota est mihi (petit
 Quænam hæc? *Fr. 1.* Grifeldis. *Grif.* & quid? *Fr.* hanc suæ
 Qualterus aulæ. *Grifeld.* Nonne proscriptam toro
 Exesse iussit! *Frat. 2dus.* iussit. At rursus sibi
 Statuit adesse. *Grif.* sicne? sic Deus solet
 Curam innocentum gerere, ne totos ferox

Invidia tumulet, *Frat. 1.* o' Deus! Primus quid te color
Fugit, an es ipsa? *Frat. 2dus.* lingua, vultus & oculi
Referunt Grifeldem. *Frit. 1mus.* Talis in genis pudor
Sedit rosarum, talis in labris favus.
Fatere, num Grifeldis es? *Grif.* quondam fui.
Nunc exul, & vix tenuis umbra sum mei.

Frat. 1. Grates Tonanti, Surge, quæ pressit modo
Te mox Severi turbinis reddet brevi
Augustiore gloriæ cinctam die.
Mecum modo aulæ, teque Gualtero refer.

Satelles. Quonam ille tandem furcifer lateat loco
Drosillus? ille publici pestis boni?
Cito, cito calles premitte, nè cassem evolet
Optata præda. *Dros.* Quis Deus, fugæ viam
Præscribet? hostis undique paventem premit.
Et quod malorum maximum, prodor habitu,
Vultuque. Vestes exuam, & novus Nova
Drosillus apparebo sub larva togæ.
Mi Domine quanti vānit hæc vobis toga?

Merc. Sin aureum unum præbeas, tuam scias.

Drosyl. Pro hac aureum unum præbeam? carò nimis
Vendis tua: pretium ultimum feras velim.

Satel. Hic est; habebis ultimum Iatro pretium.
Citò in Catastas. *Dros.* in Catastas! per Jovem
Stygiùmque juro Principem, non sum reus.

Satel. Innectite pedes vinculis, satis est reus.

Iatrocinari qui potest. *Dros.* heu me! *Sat.* Sile.

Dros. Sic omne sceleris redit in authorem scelus.

SCENA IV.

Gualtero plausus pro nova Sponsa instruenti, ejus
adventus nunciatur, cui excipiendæ se illicò ac-
cingit.

Gualt. Sunt mihi parandæ nuptiæ. Adveniç dies

Quo conjugali foedere secundâ vice
Me fors ligabit; festa per totam domum
Surgant trophæa, nullus officio vacet.
Puer senexque, quisquis obsequia mea
Ambit Minister, nostræ communi beet
Gaudia triumpho, Tota lætitiâ meam
Testetur aula. *Aulicus.* Ne metue, pridem mea
Huc applicavi studia, si jubes palam
Quæ præparabam, ludicra in Scenam dabo.

Qualt. Age videamus, pleetra concipite choro,

SALTUS AULICORUM.

Placuit chorea, digna præsentî die,
Gaudia parasti. *Epb:* Magne Dux aulæ, fores
Tenet Minister, proximam Dominam suam
Dicit Florindam. Nuncij hæc summa est sui.

Qualt. O Auspicatum phosphorum! ô pridem mihi
Per mille vota, mille suspiria precum
Desideratum nuntium. Tandem licet
Vivere beatum, quando te vitam meam
Cernam Florindam. Pergite tripudia novis
Augere pompis, nullus admittat moras.
Mecum sequatur Aulicus, quidquid domo
Meæ ministrat, obviæ occurrat viæ.
Tu Doryle lautis interim dapibus tuam
Instrue culinam, regio accedat tuus
Mensæ apparatus cultui, tota domo
Læticia, luxus, gaudia, triumphus sonet.

SCENA V.

G*Rifeldis coquo traditur in culinam.*

Dor. **M**andata Domini refero, vult totâ domo
Læticia, luxus, gaudia, triumphus sonent.
Primum est Culina: Regijs similes focos
Ardere mandat, quicquid aut terra vel aqua

Vel

Vel rariora mundus hic edulia parat,
Unis adesse nuptijs vult & jubet.

Tuum est parare fercula, exquirere dapes.

Coq. Facile parabo, cuncta si quæquæ volo
Habeo coëmpta. *Dor.* Fare, quid petis, citò
Curabo cuncta. *Coq.* Regibus edulia fore
Quando imperavit, regia ut petam, decet.
Dor. Pete, cuncta scriptis inferam chartæ notis.

Dictat Catalogum Ciborum.

Coq. Incipiamus ergò à rarioribus, communia sunt domestica.

Dor. Bene est, labori strenuè insistas, *Coq.* Agam.

Quæ sunt agenda, quæ ferenda, tu feras.

Aulic. Ut video, plenis fumat atq; ardet focus
Culina. Doryle! Si qua tibi desit coqua
Nobiscum habemus optimè pridem tuum
Doctam laborem. *Dor.* Fateor aptissima mihi
Hæc veniet, arctum est tempus, undè est? ubi latet?

Aul. z. Qualiter & undè nata, nesciri cupit,
Servire solùm, suâque Gualtero Duci
Probare studia & opera servæ instar petit.
En adstat. *Coq.* An tu serva mea fore, & coquæ
Obire munus ambis? *Grif.* haud renuo, meum
Si mihi laborem solveris. *Coq.* Minimè time.
Frustra laborat nullus. *Grif.* Ast unum rogo
Natum tenellum lacto, simul istum mihi
Alere memento. *Cap.* Non nego, plures pares
Illi Aula nutrit parvulos. Ubi est? *Grif.* Veni.
Amorille. *Amorill.* Quid vis mater? *Grif.* huc prodi foras,
Hunc citò saluta, salveat mi Domine, dic

Amor. Mi Domine salve. *Coq.* Gratias mi pupule

Aul. Quàm magna Juveni gratia? insignis decor?

Dignas parente nobili præfert notas.

Amorille quis tuus est parens? *Amor.* Nescio. *Grif.* mihi

Matriquæ diç est mortuus. *Amor.* jam est mortuus.

Coqu.
Aul.

Venite, nullas tempus admittit moras.

Fiat, valeto. *Grif.* gratias Domine tibi

Ibo, labori proximo aptabo manus.

SCENA ULTIMA.

Gualterus cum tota aula venientem Florindam excipit, & dum nuptias cum Florinda Gualterum celebraturum aula credit, Gualterus Scenam evolvit, Sponsam creditam, esse filiam, Kritomandem filium edicit, novoque fidei Sacramento, majore omnium latitiâ & plausu secundo, quàm pro primo, se Grifeldi subarrhat.

Gualt. Teneo Florindam ! plura quid cupiam ? Satis Teneo. Cupita vota complevi mea.

Flor. Indigna amore Principis id unum rogo
Recipe immerentem. *Gualt.* Plura non dico, mea es.
Adeste proceres, gaudio pompam mei
Augete vestra. Tota concurrat domus,
Exultet aula, spectet in qualem suos
Posthac honores deferat: vel quam suæ
Posthac adoret inclytæ auroram domûs.
Ubi vos tenelli principes ? stirpis meæ
Chari nepotes ? Agite, conjunctis date
Animis salutem. *Frat. 1.* Principis magnum decus !
Quam do salutem, reddere in nomen tuum
Quo noster ardet animus, affectus jubet.

Frat. 2. Fruere beatis solibus, nullus tuos
Felicitatis turbo confundat dies.

Frat. 3. Revaleasco totus ; totus è venis fugit
Sanguis, cruorque totus in amorem migrat.

Flor. O Magna stirpis decora, quam vestræ datis
Famulæ salutem, mille repetitis retro
Votis rependo ; quoque me excipitis heram

Amore, eodem rursus excipio meos
Venerorque dominos. Sortis augmento pari
Crescamus ambo, nulla mihi maneat salus,
Gloria, decusque, vestra nisi similes mihi
Felicitatis gloria acquirat gradus.

Gualt. En quam priorem mellea sequatur modò
Mater parentem? ubi est Grifeldis? *Frat. 4.* Magne Dux
Coquo in Culina servit, ex venia tua
Quam ei dedisti, gaudet ancillæ loco
Obsequia vetera principi impendere suo.

Gualt. Veniat, & Aulæ qualis accesserit hera
Cernat, & amoris vera si indicia fover,
Gaudia suomet gaudio affirmet mea.

Frat. Adest petita. *Gualt.* cernis adamatam mihi
Sponsam Grifeldis? *Grif.* Cerno, quàm digna est toro
Et amore tanti Principis! quantus decor
Nitorque formæ? qualis ex ore, ex genis
Spirat Venustas? digna quæ pridem meum
Locum teneret? *Flor.* unde præsentem mea
Laus tanta stimulat foeminam? quæ aut qualis est?

Gualt. Benè est, loquendi commodam sternis viam,
Loquar loquenda. Fabulam nimum fatis
Hucusque lusi, tempus in apertum vocat.
Sunt detegenda quæ hætenus tecta volui.
Grifeldis istam noscis? *Grifel.* Ignoro. *Gualt.* tuam
Nunquam videbas filiam? *Grif.* nunquam. *Gualt.* tenes
Nomen Florindæ? *Grif.* teneo, baptismus dedit
Hoc nomen illi. *Gualt.* En adstat: hæc est Sponsa, quâ
Tuam joculari & ludere volebam fidem.

Flor. Stupefco tota, totus it gelidus mihi
Sudor per artus. Hæcne mater? est coqua!
Vilis culinæ famula! Si vera memini,
Mater Ducissa fuerat. *Gualt.* Est mater tua
Intaminata Sponsa Gualteri Ducis
Tui parentis. *Flor.* Horreo, *Grif.* tremisco, meam

Videone mater filiam ? *Gualt.* & matrem videt
 Suam ista, tuque filiam. *Grif.* ô liceat mihi
 Te mille manibus stringere. *Gualt.* Amplexum cape
 Natæ ut salutem referat, an matri negem ?
 Fabula resecta est, pone servilem cogam
 Mea es *Grifeldis*, donec abrumpant meæ
 Suprema vitæ stamina *Eumenidum DEÆ.*
 Mutata nunquam nostra constantis tenes
 Sigilla amoris. Finxeram si quos tuli
 Vultu furores ; filiam simili dolo
 Ignota tibi quòd fuerat, ob oculos tuos
 Ponere placebat. Est posita. Teneo satis.
 Resume nomen, crescat & ab ipso magis
 Dædecore honoris splendor, & redux amor
 Novas ab ipso sumat hoc die faces.
 Domûs referte decora, quæ nuper dabas
 Rursùm resume, Sceptra, vestitus, domûs
 Cum clave regimen, semper ut fueras, eris
 Domina, scopûsque amoris & consors tori.
Grif. O auspiciatus gaudij & prodromæ dies
 Felicitatis, quanta captivat meum
 Dulcedo pectus ! Vivo, non vivo, tuo
 Mortua me amori tota substerno, cape
 Tua sum *Grifeldis*, *Gualt.* Surge delictum meum.
 Ah surge, quam fert intimus cordis sinus
 Malè se reclinat. Stringo votorum scopum,
 Desideratum pignus, Hæredem throni.
 At tu *Florinda* conjugum amborum unicum
 Salve levamen, prima, quam *Parens* dedit
 Hæc est Salutis arrha. *Grif.* Salveto ô novum
 Solamen animi, vita vitæ, primâque
 Animæ medulla. *Flor.* Desine ô mater ! Sine !
Astral. Astringe pectus pectori, & manus manus
 Teneant ligatas ! *Flor.* Absit ! Accedat scelus ?
 Seclus Parentes stringat ? avertat *DEUS !*

- Perfida, scelestâ Matris inhiavi toro,
 Sponsum Parentem feceram, ô vastum nefas !
Grif. Quid pertimescis ? Sum tua. *Flor.* Ast ego non tua
 Mereor vocari Filia. Heu pudet, pudet
 Peccâsse. *Gualt.* Nata ! Patris amplexum cape !
Flor. O dulce patris nomen ! affusam tuis
 Fac lacrymari pedibus. *Krit.* Ah ! nimium Soror
 Patri resistis, prima si fieri negas,
 Nati parentem primus aut ego aut comes
 Stringemus. *Gualt.* An est quidpiam hic novi latens ?
Krit. Est chare genitor. *Gualt.* Genitor ? *Krit.* Id nomen sibi
 Facilè probabit. Si Soror Filia, tuum
 Me facilè habebis filium. *Gualt.* Quod est tibi
 Comitisque nomen ? fare. *Krit.* Kritomandes sum ego.
Panic. Panicus ego. *Gualt.* O quantus unico hoc die
 Cumulus me inebriat gaudij, ut videam parens
 Fratres, Sorores, Conjugem, & omnem meam
 Tantâ in senectâ liceat amplecti domum.
 O mea Grifeldis gratias summas DEO
 Canamus unâ. Stirpis en nostræ decus
 Circumstat omne, longa natorum cohors.
 Chari nepotes. Viximus canos dies
 Longæ Senectæ ; dent Dij, ut nostris pares
 Annis nepotes posthumi vivant dies.
Grif. Gualtere cordis gaudium, ah ! multis DEUS
 Te adhuc reseruet Sæculis. *Omnes.* Vive ô pater
 O vive Mater: *Amorillus.* Vive charissime pater !
Gualt. Amorille quis te huc attulit ? *Amor:* Mater mea.
Gualt. Mi vive Fili, vita, Solamen Patris !
 Vivite nepotes, quòtque sunt meæ dies
 Tot vos senectæ vivite, id semper DEUM
 Supplex precabor, quod super reliquis foret,
 DEUM colamus. Gratix finem petunt.
Grif. Ibo ast precabor unicum. *Gualt.* Quid vis, jube.
Grif. Ortellus atro carcere inclusus gemit,

Absolve fratrem, quémque sociato reum
 Scelere Drosyllum complices poenas dare
 Justè Jubebas, libero cœlo frui
 Concede, *Gualt.* Quidquid postulas factum puta.
 Solvantur ambo liberum Ortellum domum
 Ducite paternam, videat afflictam prius
 Modò dominantem pristino cultu suam
 Frater Sororem, quid tibi Grifeldis negem ?
 Sed vos triumphos agite, per plausus eat
 Juvenis senexque. Læta decurrat dies.

EPILOGUS.

Duo A-
mores.

Cessère furores,
 Sævique dolores,
 Post nubes amæna
 Ut tota Serena
 Jam emicat fax.
 Jam gaudijs plenís
 Sectemur habenis,
 Securos dum nexu
 Dulcésque amplexus
 Beata dat pax.

Amor I.

Jactari turbine
 Amantes possumus
 Ab ipso vulnere
 Sed vires sumimus.

Amor II.

Cessère furores,
 Sævique dolores, &c.
 Hæc nostra gloria
 Adversis surgere,
 Amoris laurea
 Per dura crescere.

Cessère furores
 Sævique dolores, &c.

Invidia.

Quid hoc? non dum perijit,
Quem furor toties ferijt,
Quin firma stat.
Et gaudijs plena habena se dat.
Ut quiescis invidia?
Non non quiescam, nova movebo prœlia
Debet debet interire
Livor cœpit quem ferire.
Ad arma ad arma Ditis monstra convolate.
Nova funera parate,
In asueta prœlia
Vocat vos Invidia.
Ex adamante licet fit,
Quod semel cœpit rodere
Livoris dens,
Si non ruina, jocus fit.
Nec vim potest explodere
Vel Cœli Gens.
Sæpè qui vivit Sæcula
Surrexit inter bella
Virtutis Mars.
In fœda merfit funera
Per virulenta tela
Livoris Ars.
Ad arma ad arma Ditis Monstra
Convolate, nova funera parate
In asueta proelia
Vocat vos invidia.
Quis stygis monstra invocat?
Quæ Acherontis tela?
Vertamus in bella:
En sine dolore hic vivitur in amore
Et ferat hoc invidia?
Ad arma ad arma citò vitia,

*Deus
malorū.*

Invidia.

Debet

Debet debet interire,
Livor coepit quem ferire.

Amor 1.

Turpis livor, orci furor fremere, fac

Quantum scis.

Frustra sava moves bella

Dum nos Cœli protegit vis:

Sævi armis, sævi fraude, livor sævi:

Toto te.

Ridet arma, ridet fraudes, qui scit DEO.

Protegi se.

Chorus.

Irruamus, oprimamus, obruamus, prosternamus,

Perimamus scelera.

Hymen:

Qui hic armorum fremitus?

Pugnantium tumultus?

Amor. 2.

Hymen ô Hymen tuos clientes

Livor infestat.

Charâmq; domum Orcus impugnat.

Hym:

Ad arma virtutes ad arma.

Chor. virt:

Cedite. *Chor. Vitiior.* Non cedimus.

Chor. 1.

Cedite. *Chor. 2.* Non cedimus.

Chor. 1.

Furorem refringimus. *Chor. 2.* Nos vim vi

Retundimus 1. Cedite. 2. Non cedimus. 1. Pugnemus.

2. Certemus.

Hym.

Cede, cede rebellis, virtuti perduellis!

Chor. 2.

Heu cedimus. *Chor. 1.* Nos verò vincimus.

Chor: 2.

Virtute superamur. 1. Virtute subjugare

Triumphus est amoris. 2. Virtute

Subjugari hæc pœna est livoris.

Hym.

Sic potest sãvire invidiæ dens,

Sed non interire innocua mens.

Nam digna semper cura

Fides DEO futura.

Hæc ut vobis felices animæ perennis maneat

Mulciber adsit.

A Nube serenior solis ut lux,
Sic livor majoris est gloriæ Dux.

Si fidem semel datam
Servamus illibatam.

Adsum quid imperas?

Ecce felices animas, quæ victis malorum insidijs

Fidei conjugalis Jubilæum celebrant.

Ut felices semper maneant

Gemino annulo æternitati jungito.

Parebo petitis, & cordibus unitis

Æternitatem uniam.

Ades annule, perennis symbolum

Annule ævi.

Charis cordibus te nectam vinculum,

Annule veni.

Audis annule, ut tibi circuli

Nulla est meta,

Sine termino sic sponsis nectito

Tempora læta.

Dura annule, & fac secundas ut

Nuptias vident,

Per te integri tam diu durent,

Ut tertias cernant.

O vota amata! ô dies grata!

Cujus læticia nostra sunt gaudia.

Sed quid ego ejus gaudijs addam?

Scio, grates, quod nobis hanc dederint

Superis referam.

Sint gratiæ Dij,

Sint cœlites pij,

Perennes gratiæ,

Quod domum hanc detis,

Securam servetis,

Nostræ lætitiæ.

*Vulcan.
Hym.*

Vulg.

Nepot. Gen.

Primus.

Quod

Secund.

Quod prole foecundâ
Et sorte secundâ
Cernat delicias,
Quæ quinquagesimo
Secundo circulo
renovant nuptias².

Tertius.

Sta domus Numini
Et chara homini
In nova sæcula.

Sta quinquagesimi
Dum rursus circuli
Redeant tempora.

Quart.

Sta vitâ prosperâ
Et forte aureâ
Compensa senium,
Veni longissimum
Tibi, Nepotibus
Sta in solatium.

O. A. M. D. G. V. Q. M. M.



Quod prole fecunda

Et forte fecunda

Carum delicia

Quae diuinae

Secunda circulo

Et tenentur nuptiae

Et domus Nuptiarum

Et forte fecunda

In qua fecunda

Et diuinae

Et forte fecunda

Et forte fecunda

Concordia Iuliana

Veni Iuliana

Tibi Nuptiae

Sit in Iuliana

O. A. M. P. C. V. Q. M. M.

